Abacuc & michee prophetarum. quorum corpora sub archadio imperatore diuina reuelatione reperta sunt. Apud egyptum. beati machari abbatis. discipuli beati antonii. uita & miraculis celeberrimi. Item sancti ysidori. in sanctitate uite. fide ac miraculis preclari. Ciuitate aruernis. sancti boniti episcopi & confessoris. cuius uita uirtutibus refulsit. In territorio andegauensi. sancti mauri abbatis. A.

xvii. kalendas februarii.

xviiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
viiii	xxv	vi	xvii	xxviii	viii	xx	i	xii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome uia salaria. natale sancti marcelli pape. qui ob catholice fidei defensionem. iubente maximiano tyranno. primo fustibus cesus. deinde ad seruitium animalium cum custodia publica deputatus. post multos annos ibidem seruiendo. amictu indutus cilicino. defunctus est. XVIII B.

Apud arelatem beati honorati episcopi. qui uita doctrina & miraculis illustris fuit.